

# ALIENA

---

## ELUCIDARIUM SIVE DIALOGUS

COMPLECTENS

SUMMAM TOTIUS CHRISTIANÆ THEOLOGIÆ

(Est Honorii AUGUSTODUNENSIS exeunte saeculo duodecimo in Burgundia presbyteri et scholastici; quem  
vide infra.)

---

## DISPUTATIO JUDÆI CUM CHRISTIANO

DE FIDE CATHOLICA

Scripta a domino Gisleberto abate Westmonasterii, hactenus inedita

(Vide infra in GILBERTO ad an. 1117.)

---

## ANNULUS

SIVE

## DIALOGUS CHRISTIANI ET JUDÆI

DE FIDEI SACRAMENTIS.

Auctore RUPERTO abate Tuitiensi. — Nunc primum editus

(Vide in RUPERTO, infra, ad annum 1155.)

---

ANNO DOMINI MCXXI.

# EADMERUS

CANTUARIENSIS MONACHUS, ORDINIS S. BENEDICTI

## NOTITIA HISTORICA

(WARTHON, *Anglia sacra*, tom. II, præf. p. xii.)

---

Eadmerus, monachus Ecclesiæ Christi Cantuariensis, Anselmi archiepiscopi discipulus et comes individuus, quamplurima scripta posteritati transmisit. De illo ubertim agunt Seldenus in *Præfat.* ad *Hist. Nov.*, Baleus cent. II, cap. 68, et alii. Ad episcopatum Santandream anno 1120 electus, dimisso episcopatu ad Cantuariam rediit anno 1121. Hunc ab Elmero, Ecclesiæ Cantuariensis priore, Baleus (cent. II, c. 72) diversum facit, diversaque singulis opera inscribit. Huic favet Gervasius, qui, Eadmeri Historiam sèpius citans, non alio quam Cantoris titulo illum coherestat. Sic etiam Obituarium Cantuariense: *Eadmerus, præceptor Cantuariensis, obiit Idibus Januarii.* Nota autem in fine Vitæ Anselmi addita in codice Lambethano (cod. 459 f) sic habet: *Explicit Vita Anselmi, edita ab*

*A Edmero ejus discipulo et hujus sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ monacho et postea priore Ecclesiæ Christi Cantuariensis. Paria ibidem ad calcem Vitæ metricæ Anselmi exstant. Elmerum monachis Cantuar. ab anno 1128 ad 1157 presedisse in superiore tomo ostendi. Huic vero alium ab Edmero Cantore obitus diem Obituarium Cantuariense posuit. Eadmerum itaque historicum ab Elmero priore diversum Baleus recte statuisse videtur. Sunt tamen inter ea quæ Elmero idem auctor inscribit, nonnulla quæ Eadmero potius deberi censeo. Magis insignem Eadmeri Historiam, quæ *Novorum* dicitur, et De rebus gestis Lanfranci, Anselmi et Radulphi archiepiscoporum agit, Joannes Seldenus edidit Londini 1625, f. Reliqua fere illius opera exstant in codice collegii corporis Christi Cantabrig. valde antiquo*

et elegantissime scripto, vol. 538, in-4°, isthoc or-  
dine disposita.

*Carmen de S. Dunstano.*

*Carmen de S. Edwardo iuste et martyre.*

*Epistola alterius ad Edmerum de matre S. Edwardi.*

*Epistola Nicolai ad Edmerum, utrum Eboracensis*

*Ecclesia primatum super Scotos habeat. Istam ex  
hoc ipso codice descriptum habes infra. Aucto rium  
ejus fuisse arbitror Nicolium, Ecclesiae Wigorn.  
piorem, qui anno 1124 viuis excessit. Maximam  
enim Eadmero cum monachis Ecclesiae Wigorn.  
familiaritatem intercessisse constat ex epistola  
quam de electione episcopi facienda ad hos mona-  
chos anno 1125 scripsit. Quinimo Nicolaus, in coeno-  
bio Cantuariensi sub Lanfranco archiepiscopo edu-  
catus, teste Malmesburiensi (*Vit. Wilstam*, l. iii,  
c. 17), Eadmerum condiscipulum habuit. Vidi hanc  
epistolam Jocelinus, et in Antiquitatibus suis Bri-  
tannicis ejusdem compendium exhibit. Graviter autem  
allucinatus, tam auctoris sententiam male reddidit  
(pag. 19), quam de illius patia male sensit. Scotum  
enim fuisse existimavit.*

*Quale sit, quod Glastonienses dicant corpus S.  
Dunstani se habere. Hujus libri duplex apographum  
exstat in codice Lambethano saepius memorato. In  
eodem subjiciuntur epistolae Willielmi Warham,  
archiepiscopi et abbatis Glastoniensis de corpore  
S. Dunstani. Has ob argumenti similitudinem ad-  
junximus. Easdem Ecclesiae Cant. registrum habet.*

*Vita S. Wilfridi archiepiscopi Eboracensis. Hanc  
Mabillonius edidit Sæc. Benedict. III, part. I,  
p. 196.*

*Vita S. Oaoms archiepiscopi Cant. Exstat in hoc  
tomo et apud Mabillonium Sæc. V, p. 283, Osberno  
perpetiam inscripta.*

*Vita S. Dunstani archiepiscopi Cant. Hanc cum  
libro De Dunstani miraculis sequenti in compendium  
redacto Surius edidit ad diem x Maii, dempta dun-  
taxat Præfationis parte maxima. Auctoris nomen  
codici Suriano deluit. Legerat autem Surius apud  
plures Osbernus quemdam de Dunstani Vita com-  
mentatum fuisse. Huic itaque opus inscripsit, quam-  
vis memoria nonnihil lapsus Osberti nomen pro  
Osberno reposuerit. Hujus Osberti ætatem in anno  
1020 statuit, errore tui pessimo, cum sere omnia  
Dunstani miracula sub ejusdem auctoris nomine ab  
ipso evulgata Lanfranci archiepiscopi mentionem  
ingerant, quin et nonnulla tempore Anselmi facta  
inibi legantur. Eiusdem Surio initum alii facile  
seculati sunt, et in his Baromus, qui Vitam istam  
Osberni nomine saepius laudavit, et Spelmannus  
(*Concil. Angl.*, p. 492), qui Osbertum Surii a nostris  
Osbernus recte dici affirmavit. Postquam genuitum  
Osberni opus prodit, Vita Suriana Osberto de  
Clara, priori Westmonasterensi, ascribi cœpit.  
(Floruit Osbertus ab anno 1108 ad 1140, quod ex  
epistolis ejus in bibliotheca Cottoniana asservatis  
constat.) Sic editores Actorum SS. Antuerpienses,  
Maii tom. IV, p. 544. Vere autem debetur Eadmero,  
qui Osberni opus ejusdem argumenti nunquam vidit,  
et hanc eodem circuitu tempore contexuisse videtur.  
Antiquo tamen quodam Vitæ Dunstani auctore, eo-  
dem quo et Osbernu, usus, multa Osberno commu-  
nia habet.*

*Liber de miraculis S. Dunstani. Illa se scriptis*

**A** consignatum Eadmerus in sine superioris libri  
pollicitus fuerat. Exstant apud Surium in compen-  
dium redacta.

*Scriptum de ordinatione B. Gregori.*

*De excellentia B. Mariæ. Habetur ad calcem An-  
selmi Operum a Gabriele Gerberonio editorum Paris.  
1675, f.*

*Vita et miracula S. Oswaldi archiepiscopi Ebor.  
Hanc typis exprimendam curavi. Adebat quidem in  
codice Cottoniano *Nero E*, 1, Vita Oswaldi anti-  
quior, ex qua sua de Oswaldo omnia Eadmerus  
hausit, a monacho Ramesiensi tempore Æfrici  
archiepiscopi Cant. scripta. Verum istam tum ob  
nimiam prolixitatem, tum ob affectatum dicendi  
genus rejeci. Incipit: *Cum soleter Ilias et Odissea  
atque Æneidos Virgilii sint exarata. Hanc Eadme-  
rius fere abbreviavit; omnia autem scitu digna re-  
tinuit, et opus longe utilius condidit. Porro Senatus  
prior Wigorniensis a Baleo (cent. III, c. 10), et  
Folcardus monachus Cantuariensis ab Orderico  
Vitali (l. II, ad an. 1108) Oswaldi Vitam scripsisse  
dicuntur. Ultriusque opus interit. Aliam ex Chro-  
mico Ramesiensi Mabilloniis evulgavit Act. Ben-  
edict. Sæc. V, p. 755. Diversa apud Capgravium  
reperiuntur, ex Tinmuthensis farragine, stylo immu-  
tato, desumpta. Tinmuthensis Eadmeri librum vi-  
dit, et in multis imitatus est. Ejusdem denique  
Oswaldi Vita inter alias sanctorum legendas ab  
Elfrido Saxonice conscripta superest.**

*De beatitudine perennis vitæ. Exstat ad calcem  
Anselmi Operum in editione nupera Parisiensi.*

*Vita S. Biegwini archiepiscopi Cant. Scripta est  
post mortem Radulphi archiepiscopi, qui anno 1122  
obiit. Hujus Epitome a Johanne Tinmuthensi con-  
cinnata est, quæ Osberno perpetiam inscripta in  
hoc volumine prodit. Postea facta nobis codicis  
Cantabrigiensis copia, luculentiore Biegwini Vi-  
tam ab Eadmero scriptam luci publicæ subducere  
noluimus.*

**C** *Vita S. Anselmi archiepiscopi Cant. libris II. Ha-  
betur in omnibus fere Anselmi Operum editionibus,  
et apud Surium die xxi Februarii. Ubivis autem  
duo posteriora capitula desiderantur; quamvis ea  
in omnibus, quæ vidi, hujus operis exemplaribus  
mss. reperiuntur, et ab Eadmero in Prologo ad  
librum De miraculis S. Anselmi laudentur. Inibi  
enim Eadmerus dicit se de miraculis Arnulfi comitis  
et Roberti monachi in calce librorum De Vita An-  
selmi egisse.*

*Liber de miraculis S. Anselmi. Eundem codex  
Lambethanus saepè dictus habet.*

*De conceptione S. Mariæ.*

*Vita Petri, primi abbatis canobii S. Augustini  
Cant.*

*Sententia de memoria sanctorum, quos veneraris.*

*De commovendo super se manum S. Petri apo-  
stoli.*

*D* **E** *De reliquis S. Andoeni et aliorum sanctorum in  
Ecclesia Christi Cant.*

*De Gabriele archangelo.*

*Aha Eadmeri scripta recenset Baleus (cent. II,  
c. 68), atque alia quedam Gerberonius evulgavit  
ad calcem Anselmi Operum. Vitam S. Anselmi car-  
mine heroico scriptam codex Lambethanus habet;  
Epistolas Eadmeri plures codex vetustus Cottonianus  
Otho A, 12.*